placuerit, alium eligant, crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium vel basilicarum, ordinationes canonicorum, qui fuerint ad sacros ordines promovendi, ab archiepiscopo Magdeburgensi, in cuius sunt dioecesi, recipiant, siquidem gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat eis catholicum, quem maluerint, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui apostolice sedis fultus auctoritate, que postulantur, indulgeat. Me vero, dum vixero, et post me seniorem de filiis meis vel quemlibet heredem meum seniorem advocatum habeant, cui nichil nisi ad proprium velle secularis servitii debeant, predictum etiam montem nulli umquam bellicosis propugnaculis munire audeant. Hec omnia sigillo vestro, ut rogavimus, in posterum confirmate et nobis licet indignis exoptabilem vestram benedictionem remandate.

74.

Erzbischof Adelbert I. von Mainz schenkt dem Kloster Hilwartshausen die Neubruchzehnten von dem unbebauten Grund und Boden und nimmt das Kloster in seinen Schutz. — Zeuge: Graf Hermann von Winzenburg. **Fritzlar, 1128 Mai 28.**

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Hannover. S. des Erzbischofs gut erhalten.
Gedr.: Scheidt, Histor. und dipl. Nachrichten von dem ... Adel 557. — Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXV, 200.

— — Testes huius rei sunt. Waltherus Nortzunensis prepositus, Heinricus Iekenburgensis prepositus, Emicho Turlohensis prepositus. Cappellani. Gozbertus, Athelhardus, Heinricus. Liberi. Sifridus comes de Boumeneburch, Hermannus comes de Wincenburch, Meginfridus advocatus, Dudo castellanus. Ministeriales. Cŏnradus, Lambertus, Adelbertus. Hoc autem ut nulla posteritas infringere presumat, hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri impressione roborari fecimus.
Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M̊C̊XX̊VIII,
regnante gloriosissimo rege Lothario huius nominis IIII; (SJ.)
data Frideslarię v kal. iunii.

75.

Erzbischof Adelbert I. von Mainz bestätigt dem Propst Heinrich von Jechaburg die Gütererwerbungen zu Collstadt, Hohenebra, Gruna, Brüchtern u. s. w. — Zeuge: Graf Ludwig, der Obervogt.
Erfurt, 1128 Juli 7.

Hdschr.: Or. Perg. Landesarchiv Sondershausen.
Gedr.: Stumpf, Acta Maguntina 17 (nach Müldener, Antiq. Jecheb. fol. 53, 362 und 366). — Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXV, 201.

— — Huius premissę seriei sic Gigeburgensi ęcclesię conquisitę et fratribus inibi deo famulantibus, sicut dictum est, deputatę testes fuerunt hii, quorum nomina infra annotata sunt. Prepositus sanctę Marię Adelbertus, sancti Severi Emecho, de Durlon Richardus. Capellani. Gosbertus, Arnoldus, Berengerus, decanus sanctę Marię Waldricus,